



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibus Singlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt III. De habitu, quo sunt induendi Catechumeni, & de loco ubi sunt instituendi, & de tempore Catechesi necessario.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**







1 Cyril.

Hierosol. in prefatione in Catech.

25. Clem.

l. 2. recogn.

in fin. facti

Conc. A-

gathen. c.

40. & ha-

bet ur 28.

9. 1. cap.

Omnis

deinceps.

3 S. Siri-

cus Papa

in ep. ad

Hima-

rium Episc.

Tarra. c.

2. tom. 1.

Conc. S.

Greg. P. P.

lib. 7. Re-

gest. epist.

24. ad

Fantimum

defens.

& habe-

tur de

consec.

dist. 4. c.

Ne quod

abijt S.

Hier. in

epist. ad

Paulina-

chium ad-

versus err.

Ioan. Hier.

ros. tom. 2.

Apist. Et S.

Cyrl. Hier.

rosol. in

pref. Ca-

tech.

4 S. Clem.

l. 2. re-

cognit. &

l. 8. constit.

Apist. c.

28. Tertul.

lib. de

Baptis.

adv. Quin-

tillam cap.

18. apud

7 ac. Pa-

res, & ministros praeficiantur. In ea vero feminae a maribus, pueri ab indultis, viri ab uxoribus diversitas atque distinctas mansiones habeant, ac his Presbyter probatae vitae, & doctrinae constituatur Catechista, qui eos assidue in fide erudiat; ad Ecclesias ut ibi orent ducat, cum ipsis saepe colloquatur de rebus ad fidem & salutem pertinentibus, atque eis explicet ea, quae in Ecclesijs conspiciuntur, circa externum cultum, altaria, factas imagines, & ornamenta.

Ex ea autem domo, dum in penitentia, & Catechismo degunt, rati, & non nisi rationabili causa Catechumeni egredi permittantur, nunquam vero soli, sed semper cum comite fideli; neque suos, vel alios infideles adire, neque per viam eos alloqui, neque 2 cum eis cibum sumere, aut negotia tractare sinantur.

Neque vero infideles permittantur ad domum Catechumenorum accedere, sed cum eam praetereunt, procul inde recedere confestim jubeantur.

Interim in ipsa domo Catechumeni otiose ne vivant, sed horis quibus catechizantur, & discunt ea, quae oportet, exceptis, in exercitatione aliqua corporali, vel arte quam callent, vel in domus obsequijs occupentur.

Ubi autem Catechumenorum domus nulla est, majores & adulti mares detineantur; ut Fideles, & timoratos viros, vel in aliquo Monasterio, vel domo probatorum Monachorum, aut aliorum Regularium: faminae vero apud nobiles, & honestas Matronas. Minores autem, & impuberes similiter apud pios viros, vel apud probas & Religiosas mulieres sequestrentur, fide, & moribus instruendi. His quoque eruditus aliquis & pius Sacerdos in Catechistam praeficiatur, qui eos frequenter invisit, & catechizat.

Tempus autem Catechismi licet 3 quadraginta dierum spatio soleat definiti, experientia tamen docet, quae & 4 sacris canonibus consona est, diuturniorem Catechismum valde utilem esse ad Baptismum digne recipiendum, & postmodum eo recepto in Christiana disciplina perseverandum. Quia in re habenda est ratio personatum venientium ad fidem. Nam illis 5 qui antea bene conversati fuerunt, & ab his, qui foris sunt, bonum testimonium habent, qui que docilitatem & pietatem praeseferunt, quadraginta dierum catechismus sufficit, ac interdum brevior, si ipsi ante quadraginta dies satis idonei sunt, & iusta de causa ita fieri expediat, de licentia tamen Ordinarii, aut alterius Superioris. Qui vero rudiores & non adeo dociles, sed tardioris ingenij fuerint, ad rudimenta fidei addiscenda, atque ad ea, quae ipsos scire oportet percipienda: similiter, & qui malis moribus praediti fuerint, quamvis hebeti ingenio non sint, & bene omnia, quae ad doctrinam Christianam spectant, didicerint, ut si superbi, elati, contentiosi, contumeliosi, vaniloqui, seditiosi, inobedientes, indevoti, simulatoresque, aut etiam temporalium nimium cupidi fuerint, qui denique perversos mores, & vitia adhuc retinent, hi non sunt tam facile baptizandi, sed expectandum, donec priore vitae consuetudine derelicta, profectus in eis circa bonos mores, & doctrinam evidentiis dignoscatur.

Infidelium quoque 6, Sacerdotes & Magistri, & hi, qui superstitionibus suae sectae adhuc videntur addicti, tam diu probentur, quoad illas deseruerint, & a se penitus abdicarint.

Rabbini 7 vero Judaeorum, qui antea divinas c. 34. tom. 1. Concil. & habetur de consec. dist. 4. c. 7. u. dei 5 Conc. Eliber. c. 4. 6 Idem Conc. Eliber. c. 4. 7 S. Clem. l. 8. constit. Apist. c. 38.

scripturas scrutati, per eas illuminati fuerint, ac bonis moribus aliqui pollent, non tam longo indigent Catechismo; nisi forte & ipsi caeremonijs & ritibus Judaicis nimium dediti sint: quia tunc diutius in Catechismo, donec ab eis dissuecant, retinendi sunt.

Qui a partibus infidelium ad Regiones Christianorum, ut Baptismum suscipiant venerint, diligenter examinentur, & diu probentur. Ac si veraculam linguam Christianorum ejus Provinciae, ad quam pervenerunt, non intelligant, per Clericos idoneos, & interpretes Christianos, qui eorum linguam probe norint, in fide & moribus instruantur: si autem interpretes desint, eorumque in Catechismo detineantur, dum linguam ejusdem Provinciae intelligant, & interim eorum Baptismus, nisi necessitatis casus occurrat, differatur. Verum ubi Presbyteri & Clerici desunt, nihil impedit, quo minus 8 fidelis laicus, peritus tamen sermonis, & moribus gravis, adhibeatur, qui illos privatim doceat, & catechizet.

Hortandus est autem, qui Catechumenis erudiendis vacat, ut hoc catechizandi munus, a deo illorum saluti necessarium, libenti promptoque animo administrat, ac alijs etiam 9 bonis operibus anteponat.

Qui metu ultimi supplicij, aut alterius poenae temporalis vitandae causa Christianam fidem amplexi sunt, aut amplecti volunt, longiori tempore quoad licebit sunt probandi, & nisi ex indulgentia Principis, aut Magistratus poena fuerint liberati, aperte eos moneri oportebit, Baptismi Sacramentum, poenam non remittere temporalem, nec sibi ad Ecclesiam confugiendum esse spe immunitatis, sed ut sempiternam poenam evadant, accepta per Baptismi lavacrum remissione peccatorum, & ab omni reatu mundani vitam consequantur aeternam. Atque hi quidem in carcere & turo loco catechizentur, humaniter que tractentur; ac si veraciter penitentiae, & recti in fide propositi signa ostenderint; Sacerdotes, vel qui Catechumenorum curam gerunt, pro eis apud Principes & Magistratus intercedant, ut in susceptae fidei, & suscipiendi Baptismi reverentiam, ultimum eis supplicium, vel poena temporalis remittatur, aut saltem in mitiorem commutetur.

Servi similiter diu probentur, & edoceantur, per Baptismum ipsos a temporali servitute Dominorum non liberari, sed a servitute diaboli, & peccati, ut Christi servi efficiantur, cui servire regnare est. Verum tamen eorum Domini moveantur, ut eos tanquam aeterni Domini confervos 10 benignius tractent, & stans diebus, in domum Catechumenorum, vel ad Ecclesiam mittant, ut catechizentur, ac eos a fide non deterreat, vel avertant, neve ullo modo impediant; alioqui quod de fide male sentiant, redderent sese suspectos.

Si 11 Catechumenus uxorem habet, aut Catechumena virum, doceatur uterque suo connubio contentus esse. Si sint soluti, discant non fornicari, sed post acceptum Baptisma, nisi caelibatum amplecti, & se continere maluerint, iustis nuptijs in Domino copulari.

Si quis autem ex Mahometica, vel alia secta, qua plures uxores ducere & habere licet, Christo nomen dederit, aut dare voluerit, admoneatur, illud neque naturali, neque divino, aut humano jure fas esse, ac proinde prima tantum uxore, si legitime ducta fuerit, retenta, reliquas dimitti oportet: quod si fecerit, & illa fidem susceperit, matrimonium inter eos ratum erit: ac si alias dimittere noluerit, inter Catechumenos non recipiatur.

8 S. Clem. cit. c. 38.

9 S. Clem. eod. c. 38.

10 S. Clet. ibidem.

11 Idem S. Clem. eod. c. 38.

domo  
arare  
ernon  
em in  
ria do  
alia de  
cantur  
im tu  
ad pias  
e falc  
tracuo  
Cate  
1  
enerit  
ac no  
er, q  
ocave  
epus  
mica  
om  
ntatis  
optio  
um,  
74  
Chri  
7ab  
ibid  
Cicil  
vicia  
ocen  
cum,  
lum,  
offica  
nem,  
Cru  
5. au  
Ac  
cor  
1 di  
odiu  
Ca  
8. au  
de  
9. au  
rizer  
tatis  
vere  
cil.  
pms  
que  
de  
cto  
res,  
ij.  
ydo  
onj  
pp.  
11. E  
8. au  
27. &  
ant  
ibi sup

IO. A. IESU  
S. SPIRIT.  
II  
VIII